

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Disputatio Secunda De Religione Eclectica Seu Prudentum
ad Locum 1. Thessal. V.21**

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus
Winter, Johannes Christoph**

Argentorati, 1705

VD18 11641991

§. 1

urn:nbn:de:bsz:31-105849

Bruder in Christo gehalten werden/ und derhalben für ein Glied-
maß seiner Gemein soll gehalten werden; volumus hæc ex
b. D. Danhavv. addere, ut constaret, novi nihil quoad rem,
sed tantum eadem sub novis proponi nominibus, & hanc *reli-*
gionem eclecticam prudentum, proflus nihil esse aliud, quam *Syn-*
cretismum exolum & proscriptum, voce autem amabiliorem;
sub *religione prudentum* jam in scenam productum, proscriben-
dum denuo, ut infra ostendetur.

§. 9.

Ultimam jam in hoc capite proponit *speciem minorem*, die
kleine Art/ wann man bloß bey denen drey Haupt-Religionen
bleibet/ und in denselben nach seinem Gefallen wechset/ & hic est
ille *Syncretismus specialis*, qui seculo nostro mirè placet, autori
etiam probatur maxime, c. 8. p. 27. ich halte dafür/ daß solches
auff das geringste nicht kan gemißbilliget werden/ quem *Syncre-*
tismum b. nostro D. Danhavvero Myster. Syncret. p. 38. §. 18.
placuit appellare, *Temperativum*, qui *delectu eclogario*, remissione,
divisione dogmatum, sensuum articulorum fidei crasin (medium, seu
neutrum, seu ex utroq; compositum) conficit. scil. Potamen. Alexandr.
apud Diog. Laert. ἐκλεκητικὴν τινὰ ἀρετὴν invexit, eligens τὰ ἀρετῶν
τὰ ἐξ ἑκάστης τῶν ἀρετῶν, quo pertinet Macedoniana harmonia,
quæ τὸ ὁμοίσιον & ἑτεροίσιον per τὸ ἰσοίσιον composuit. An non
hæc ipsa est illa religio Philosophica, quam autor toties incul-
cat, & ab exemplo philosophiæ eclecticæ probat? vid. libelli
pag. 8. B. D. Bebelio coll. A. S. p. 7. *Specialem Syncretismum* hunc
placet describere, qui tres eminentiores inter Christianos religiones,
Papismum, Lutheranismum, & Calvinismum in gremium veræ Eccle-
siæ recipit, eo quod omnes tres religiones idem habent fundamentum.
Sufficere hæc videntur ad explicationem cap. 2. è quorum al-
legatione & applicatione jam facilius erit formare judicium, &
ferre sententiam, de iis, quæ in sequentibus capitibus erunt mo-
nenda; sequitur ergò

CAPUT III.

§. 1.

Postquam ergo fictus Ermeling, in genere de variis speciebus
religionis prudentum differuit, de singulis judicium fert capiti-
bus

§. 9.
Minor.
die kleine
Art.

§. 1.
Ordo.

ibus sequentibus, & quidem hoc tertio de *crassissima* illa specie, von der allergrößten Art/ quam §. 4. ad cap. 2. exposuimus. Possumus autem hoc caput tertium ad *sex* potissimum membra revocare, ut explicationem distincte tradamus, (aliam, si placuerit auctori, inire rationem, nos non movebimus super hac re litem) sc. (1.) traditur *Origo* hujus speciei. p. 13. (2.) *confirmatio* p. 15. ab exemplo N. Pompilii, Sotorii, Græcorum, Mohametis, Absalonis, Regis Jehu, (3.) *Effectus* p. 17. (4.) *judicium* quo rejicitur, (5.) *ratio* cur? (6.) denique *factum*, ejusque *certitudo*.

§. 2.

§. 2.
Crassissima
Relig. Prud.
Origo.

Crassissima Religionis Prudentum originem (1.) auctor assignat necessitatem & utilitatem, ad domandos hominum animos ad scelera proclives, ut interno metu & convictione terreantur. Sed ut ad hæc Theologice aliquid notemus; Est equidem verum homines quosdam id intendisse, & religionem quandam adinvenisse, daß das gemeine Volk desto besser in ihrem Gehorsam gegen ihre Obern erhalten werde/ ut p. 12. loquitur. Hæc tamen non est prima & vera illa origo, quam, si quis Theologice de hac re disserere velit, debeat assignare; dico, debeat; si quidem cum de Religione judicium ferendum est, non ex quacunque opinione hujus, vel illius, id præstare oportet; sed ex verbo DEI, cujus solius est de vera & falsa religione ferre judicium; quæque ut omnis mali, ita & perversæ hujus opinionis de religione fontem, & *Originem primam* assignat, peccatum Originis & corruptam hominis naturam, ad Atheismum semper inclinantem, quamvis & semina notitiæ de DEO adhuc reliqua habeat. Placet de his audire Paulum Rom. 3. v. 10. seq. ex Pl. 14. omnes sub peccato sunt; sicut scriptum est. Non est justus neq; Unus: non est intelligens, non est querens DEUM; omnes declinaverunt, & inutiles facti sunt --- non est timor DEI coram oculis eorum, unde vani facti sunt in discursibus suis, & obtenebratum est cor insipiens eorum; cum viderentur esse sapientes, stulti facti sunt, Rom. 1. 12. Hæc ratio prima est & origo illius religionis prudentum, cor insipiens & sine metu DEI, quod aliis persuadere audet, id quod ipsum non credebat; Atheismus hic est, non convictio conscientiarum vera, sed imaginarius tantum metus quem homo facile sit depositurus, si intellexerit inventum esse humanum, ein Staats-Strick) ad terculamentum animorum.